

siam sancti Petri apostoli in Lipzk rite et rationabiliter concessit aedificandam tali tamen conditione apposita, quidquid enim voluntas praepositi eiusdem ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lipzk cum praescripta domuncula post obitum dictae inclusae facere decreverit, conditione aliqua non obstante fuerit penitus faciendum. Ut ea quae praemissa sunt nullo modo valeant infirmari, praesentem litteram nostro sigillo fecimus corroborari. Actum et datum anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XV<sup>o</sup>. quintadecima Kal. Octobris.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das Siegel ist abhanden gekommen.

No. 85. 1320. 8. Juli.

*Erich von Gatersleben gen. von Frohse schenkt das Patronatrecht der Kirche zu Klein Wilsleben, wogegen das Jahrgedächtniss seiner Familie im Kloster begangen werden soll.*

Ne a posteris praesentium actio inanis reputetur et frivola, expedit ut scriptis fiat publicis et honorabili testimonio stabilita. Noverint igitur tam posterius quam praesentes, quod nos Ericus de Gatersleue de Vrose dictus cum consensu et assensu nostrorum heredum succedentium ob salutem animae nostrae et nostrorum filiorum et nostrae uxoris necnon progenitorum nostrorum ius patronatus ecclesiae in minori Wilsleuc<sup>a</sup>) cum omni iure sicuti omnes nostri progenitores nosque huc usque tenuimus ecclesiae sancti Thomae in Lipzik donavimus perpetuo possidendum, cuius gratia noster anniversarius nostraeque uxoris et nostrorum praedecessorum parentum nihilominus et succedentium cumque universae carnis debitum exsolverimus debet perhenniter in praedicta sancti Thomae ecclesia observari. In cuius evidentiam sigillum nostrum nostrorumque cognatorum Erici de Gatersleue et Jordani videlicet de Nendorp iunioris militum sigilla praesentibus sunt appensa. Testes vero huius donationis sunt dominus Ericus et dominus Jordanus praedicti et dominus Johannes rector cappellae in Gatersleue et quam plures fide digni. Datum Gatersleue anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.XX<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>. Idus Julii.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. An Pergamentstreifen hängen die drei am Rande beschädigten, im Uebrigen aber bezüglich der Wappenvorstellung noch wohl erhaltenen Siegel.

a) Wilsleben, Rgbz. Magdeburg, Kr. Aschersleben.

No. 86. 1324. 18. Sept.

*Markgraf Friedrich eignet drei Hufen in Mülkau, welche Johannes von Macherie zu Lehn gehabt hat.*

In nomine domini amen. Quia hominum memoria fragilis est, necesse est ut ea quae perpetuam requirunt memoriam scriptis autenticis perpetue roborentur. Hinc est, quod nos Fredericus dei gratia Thuringiae lantgravius, Misnensis et Orientalis marchio dominusque terrae Plysnensis notum facimus universis tam praesentibus